Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XVIII. perducitur vsque ad Annum D.XC. nempe ab Anno primo Iustini Senioris, vsque ad quintum Mauritij Augusti. Complectitur annos LXXIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 573. Benedicti Pap. Annus 1. Ivstini Ivn. Imp. Annus 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14926

Visual Library

... quem ſepeliſti hic ante duos menſes. Tunc ego ad eum: Vnde hoc tu noſti? Qui reſpondit: Vere, domine Abba, ego ſum. Vnde ... paralyticus fui annis duodecim, & per ipſum curauit me Deus. Et ... venit ad me conſolationem afferens, ... refrigerium præſtat.

Sed & aliud audi de illo miraculum. Ex qua die illum ſepeli ... audio illum ſingulis noctibus clamantē, ... Noli me tangere hæretice, & ne approximes ... ſanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ. Hoc ego audiens ... perrexi & omnia ex ordine Patriarchæ ... ipſum ſanctiſſimum Patriarcham, vt ſumi ... corpus ſenis, in ſepulchro alio conderemus. Tunc ... Gregorius Patriarcha: Mihi crede, fili, nihil ab hæretico ... Abbas Coſmas: ſed hoc tantum factum eſt, vt ſenis virtus ... qualis ſcilicet fuerit, qualisue ſit ... nobis proderetur opinio ... atque Epiſcopi nobis proderetur opinio ... illum arbitraremur Orthodoxum fuiſſe atque Catholicum, &c. plura de eodem Coſmas ſubiicit, de quo etiam Cyrillus in actis S. Sabæ Abbatis meminit.

XII. Hoc autem primo anno, quo Gregorius, de quo agimus, accepit ſedem Antiochenam, Chriſtiani incolentes Maiorem Armeniam, cum grauia paterentur fidei cauſa à Coſrhoe Rege Perſarum, legationē miſerunt ad Iuſtinum Imperatorem, cupientes, ſicut olim erant, Romani imperii ditioni ſubiici. Quid autem actum ſit, Euagrius rem geſtam narrat his verbis a: *Primo anno, quo ... Epiſcopatum adminiſtrauit, qui Maiorem accolebant Armeniam (ſic enim olim appellata eſt, poſtea autem Perſarmenia, ... Romanis ſubiecta & à Philippo, qui Gordiano ... Sapori prodita, atque vt Armenia, quæ minor dicitur, ... in ditione Romanorum ſic reliqua tota Perſis paruit) qui ... Maiorem accolebant, fidem Chriſtianam profeſſi: quoniam ... Perſis miſere & potiſſimum religionis ſuæ gratia vexarentur, clandeſtinam ad Iuſtinum miſere legationem ſupplicantes, vt Romano ſubiicerentur imperio, quo libere, nemine impediente, diuinos cultus exequerentur. Quam legationem cum Iuſtinus admiſiſſet, & quædam conditiones in literis, quas ad eos ... explicatæ eſſent, ac ſacramento ac ſolemni iuramento confirmatæ: Armenij ipſos ſuorum Principes trucidant, & ſe cum ... Romano adiungunt Imperio. Quibuſcum regio finitima, in qua homines cum eiuſdem generis, tum peregrini habitabant, ... Romanorum ditioni acceſſit, duce Vuardane, qui ... tum ob generis & honoris ſplendorem, tum ob peritiam rei militaris ſuis primas obtinuit. Itaque Iuſtinus Coſrhoem his de rebus eum inſimulantem hac ratione repulit: Præfinitum paci tempus effluxiſſe: nec fas eſſe, vt Chriſtiani Chriſtianos in temporibus belli ad ſe confugientes deſertos eſſe patiantur. Atque Iuſtinus tametſi hoc reſponſum dedit Coſrhoi, tamen ad bellum gerendum nequaquam ſe parat, ſed conſuetis delicijs tenetur irretitus, omnia ... voluptati poſtponit.* hæc ipſe. At de his hæc modo ſint.

IESV CHRISTI
Annus 573.

Benedicti Pap.	Iuſtini Iun. Imp.
Annus I.	Annus 8.

Anno Redemptoris quingenteſimo ſeptuageſimotertio, Indictionis ſextæ, vbi Romanæ Eccleſiæ ſedes bellicis tumultibus exagitata vacaſſet menſes decem & dies tres, creatus eſt Benedictus cognomento Bonoſus, decimaſexta menſis Maii. Græci vero hunc à cognomento non Benedictum, ſed Bonoſum appellant, vt Euagrius b. De eo autem iſta Anaſtaſius: *Benedictus natione Romanus ex patre Bonifacio ſedit annos quatuor, menſes duos, dies quindecim. Eiuſdem tempore gens Longobardorum inuaſit totam Italiam, ſimulque & fames nimia, vt etiam multitudo caſtrorum ſe traderet Longobardis, vt temperare poſſet inopiam famis. Quod dum cognouiſſet Iuſtinus piiſſimus Imperator, quia Roma periclitaretur fame & mortalitate, miſit in Ægyptum, & onerauit naues frumento, & tranſmiſit Romam: & ſic miſertus eſt Deus Italiæ.* hæc Anaſtaſius.

Quod autem ad Longobardos pertinet: hoc anno qui fuerat in locum Alboini ſubrogatus Clephis, vbi regnaſſet annum vnum & menſes quinque, à ſeruo occiſus eſt, interregnumque fuit (vt Paulus c diaconus ait) annis decem: cum interim triginta ſex militum Duces partiti ſunt ſibi, quas cepiſſent in Italia ciuitates. *Quibus diebus* inquit (Paulus) *multi nobilium Romanorum ob cupiditatem Ducum interfecti ſunt: reliqui vero per partes diuiſi tertiā partem ſuugum Longobardis perſoluerunt & tributarij efficiuntur. Porro his Longobardorum Ducibus, ſeptimo anno ab aduentu Alboini & totius gentis, expoliatis eccleſiis, ſacerdotibus interfectis, ciuitatibus ſubrutis, populiſq; qui more ſegetum excreuerant, extinctis in iis regionibus, quas Alboinus ceperat, Italia maxima ex parte capta à Longobardis ſubiugata eſt.* hæc Paulus. II. CLEPHIS REX OCCISVS. c Paul. diac. lib. 2. c. 17.

De perſecutione Longobardorum acturi, primum omnium ipſorum exploremus religionem, cuius numinis cultores iidem fuerint Longobardi. Eos quidem Chriſtianos fuiſſe, Procopius d haud obſcure teſtatur. verum etſi non omnes, quam plurimos tamen adhuc Gentiles & idolorū cultores perſeuerauiſſe, multa, quæ de ipſis à S. Gregorio e Papa in Dialogis conſcribuntur, oſtendunt: vnde hac ex parte ſæuior illis inerat aduerſus Chriſtianos immanitas, & maior in loca ſancta deſpectus: vt plane quæ ante hac à barbaris paſſa Italia eſſet, tolerabilia videri potuiſſent. Cæterum & eos, qui inter ipſos erant Chriſtiani, fuiſſe ſecta Arianos Gregorius teſtatur, dum in Dialogis f agit de Longobardorum Epiſcopo quodam Ariano. In his autē aliquos ex Principib. conuerſos fuiſſe poſtea ad Catholicam fidem, quæ dicentur, oſtendent. III. DE LONGOBARDORVM RELIGIONE. d Procop. de bello Goth. lib. 2. e Greg. in Euang. hom. 1. & dial. lib. 3. c. 26. 28. f Greg. dial. l. 3. c. 29.

Quod vero ad perſecutionem ab eis illatam ſpectat: numerat idem S. Gregorius Longobardorum graſſationem inter alias ſæuas Eccleſiæ perſecutiones, dum ait; *Sunt etiam portæ inferi quædam poteſtates huius mundi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iſte, qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur,* nempe Longobardorum populus *numquid non omnes iſtæ portæ inferi? &c.* Sed eiuſmodi portæ inferi non præualuerunt aduerſus Romanam Eccleſiam, neq; ipſam quidem vrbem, quæ potiri minime datum eſt Longobardis, veluti magno miraculo, vt Gregorius teſtatur his verbis in epiſtola ad Ruſticianā Patriciam, vbi ait g: *Si vero gladios Italiæ & bella formidatis: ſolicite debetis aſpicere, quanta beati Petri Apoſtolorum Principis in hac vrbe protectio eſt, in qua ſine magnitudine populi, ſine adiutoriis militum, tot annos inter gladios illæſi Deo auctore ſeruamur:* hæc Gregorius tempore ſui Pontificatus. IV. DE PERSECVTIONE LONGOBARDORVM. g Greg. lib. 7. epiſt. 23.

Cęterum vt ingruentes eiuſmodi poſſent abigere beſtias, muneribus interdum Romani Pontifices eos auertebant ab Vrbe: nam ad Conſtantinam Auguſtam hæc ſcribit h: *Viginti autem iam & ſeptem annos ducimus, quod in hac vrbe inter Longobardorū gladios viuimus: quibus quam multa hac ab Eccleſia quotidianis diebus erogantur, vt inter eos viuere poſſimus ſuggerenda non ſunt.* Verum in Vrbem licet non ſint ingreſſi, in ſuburbia tamen omnia, quæ potuerunt, damna intulerunt, demoliti etiam ædificia quæ conſtructa erant in ſanctorum martyrum cœmeteriis, quibus Vrbs abundabat, teſtatur id quidem Paulus Romanus Pontifex in ſuo Conſtituto de erectione eccleſiæ ſanctorum Stephani & Silueſtri Romanorum Pontificum: cuius hæc ſunt verba, vbi de cœmiteriis loquitur: *Igitur cū per euoluta annorum ſpatia diuerſa ſanctorum Chriſti martyrum atque confeſſorum eius foras muros huius Romanæ Vrbis ſita cœmeteria neglecta antiquitus ſatis manerent diruta: contigit poſtmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus eſſe demolita. Qui etiam & aliquanta ipſorum effodientes martyrum ſepulchra, & impie deuaſtantes, quorumdam ſanctorum ſecum depopulata auferentes deportauerūt corpora. Et ex eo tempore omnino deſidioſe atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam (& quod dictu nefas eſt) etiam & diuerſa animalia in aliquantis eiſdem Sanctorum cœmeteriis aditum habebant, & illic eorum exiſtebant ſepta bouilia, in quibus fœtoris egerebant ſqualiorem, &c.* ex quibus accidit, vt ad auertenda animalia in cœmeteriis ſtabulantia, eorum complurium fuerint aditus omnino clauſi: ex quo & illud grauius accipit damnum, vt & ipſorum memoria omnino perierit: contigit vero ſæpe diebus noſtris, à V. h Greg. lib. 4. epiſt. 34. ROMA QVÆ PASSA A LONGOBARDIS. CŒMETERIA A LONGOBARDIS DIRVTA.

venitoribus, vel à foſſoribus arenam foſsibilem erudentibus aliquod detegi cœmeterium. Hæc autem vt quærantur, & quæſita religioſo cultu cuſtodiantur, ſcimus eſſe curæ Sanctiſſimo D. N. Clementi octauo Pontifici Maximo: quod vt impleat, Deus concedat. Sed ad cladem per Longobardos illatam redeamus.

VI. LONGOBARDOR. RES HAVD EXACTE CONSCRIPTÆ.

Quoniam vero non ſicut res Gothicas Procopius, ita Paulus per ſingulos annos graſſationes Longobardorum proſecutus eſt, ſed quam plurima prætermiſiſſe conſtat, vt pote qui neque ſicut ille ſui temporis, & quæ aſpexit oculis, ſed poſt ducentos & amplius annos ſuam de Longobardis hiſtoriam ſcripſit, tempore videlicet Caroli Magni Imperatoris, neque antiquiorum aliquis inuenitur, qui in eo argumento verſatus ſit: operæ pretium exiſtimauimus quæ diuerſis in locis ſanctus Gregorius Papa de eorumdem Longobardorum perſecutione ſuis ſcriptis mandauit, hic tibi in vnum colligere; cuius fides cum ob dignitatem & ſanctitatem perſonæ omnibus probata videri poſſit, eo certior atque exploratior ſimulque fidelior haberi debet, quod ſui temporis res geſtas fuiſſe ſtylo proſecutus apparet, & cuncta ferme certa teſtificatione conſignata reliquit: vt ex his, quæ lector vera ſinceraque comperent, reliqua poſſit mente concipere, quæ remanſerunt abſque ſcriptionis alicuius lucerna tenebris obſcurata.

VII. SVB DVCIBVS LONGOBARDI SÆVIORES.

Age igitur, quæ certo tempore in reliquis Italiæ partibus ſub Benedicto Papa in eadem Longobardorum incurſione ſunt facta, quæ & à S. Gregorio ſunt ſcripta; hic colligentes ſub anno præſenti recenſeamus, quo videlicet deficiente Rege, Duces eſſe cœperunt: cum eo licentius ipſos ſæuiſſe conſtat, quo ex crudelitate quiſq; potentior videri vellet, cum neminem haberet, qui patratorum ſcelerum vltor Iudex exiſteret. Etenim hoc ipſo eorumdem Ducem primo progreſſu hiſque diebus, quibus Benedictus Pontifex vixit, teſte Paulo diacono eorumdem furor rabieſque barbarica vehementiori incendio exarſit.

VIII. DE FVGA CHRISTIANORVM ET DE S. CERBONIO EPISCOP. POPVLONIJ.

Diſperſis creatis Ducibus per diuerſas Italiæ regiones, cum eorum crudelitatis fama percurreret, frequentes erant Fidelium latebræ atque fugæ; ſuaque ipſorum bona eiſdem relinquentes in prædam, ſalutis ſinguli conſulere ſolicite feſtinabant, fiebantque deſertæ ciuitates, ipſa vero loca deſerta ciuibus replebantur, magis autem inſulæ maris appetebantur ab iis, quibus nauigii aliculus poterat eſſe facultas. Inter alios autem vna cum ſuis clericis magnus ille confeſſor Cerbonius Epiſcopus Populonii, qui Gothorum tempore ſeſe ipſis obiecit intrepide, modo exundante vehementiori Longobardorum ſæuitia, in illam inſulam Tyrrheni maris ſe contulit, vbi & Deo iuuante, vitæ præſentis finem accepit; ſic enim melius abſcondit eum Dominus in abſcondito faciei ſuæ à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate: Moritur igitur iiſdem primordiis Ducum Longobardorum incurſionis ſanctiſſimus hic Epiſcopus, de cuius obitu & ſepultura idem S. Gregorius ſcribit his verbis a:

a Greg. dial. l. 3. c. 11.

IX. * Ilbam. S. CERBONII OBITVS ET FVNVS.

*Cum Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vaſtaſſet, ad Helbam * inſulam idem ſanctus Cerbonius receſſit. Qui ingruente ægritudine, ad mortem veniens, clericis ſuis ſibique obſequentibus præcepit, dicens: in ſepulchro meo, quod mihi præparaui Populonij, me ponite. Cui illi cum dicerent: Corpus tuum illuc qualiter deferre poſſumus: quia à Longobardis teneri loca eadem, & vbique illic eos diſcurrere ſcimus? Ille reſpondit: Reducite me ſecuri: nolite timere, ſed feſtine ſepelire me curate: moxq; vt ſepultum fuerit corpus meũ, ex eodem loco ſub omni feſtinatione recedite: Defuncti igitur corpus impoſuerunt naui. Cumq; Populonium tenderent, collectis in aere nubibus, immẽſa nimis pluuia erupit. Sed vt pateſceret omnibus, cuius viri corpus nauis illa portaret, per illud maris ſpatiũ, quod ab Helba inſula vſq; Populonium duodecim millibus diſtat, circa vtraq; nauis latera procelloſa valde pluuia deſcendit, & in nauem eandem vna pluuiæ gutta non cecidit. Peruenerunt itaq; ad locum clerici, & ſepulturæ tradiderunt corpus ſacerdotis ſui. cuius præcepta ſeruantes, in nauẽ ſub feſtinatione reuerſi ſunt: quam mox vt intrare potuerunt, in eum quem locum, vbi vir Domini ſepultus fuerat, Longobardorum Dux crudeliſſimus Gummar aduenit, ex cuius aduentu virum Dei habuiſſe ſpiritum prophetiæ claruit: quia miniſtros ſuos à ſepulturæ ſuæ loco ſub feſtinatione diſcedere præcepit.* hæc de S. Cerbonio & Longobardorum Duce Gregorius.

X.

Erat Gũmar vnius ex dictis triginta ſex ducibus, quos inter ſe hoc anno partitos eſſe regnum Longobardorum diximus. De Populonii autem Eccleſia deſtituta paſtore agit idem Gregorius, cum eſſet Pontifex. Ita plane quià Longobardis iubente Deo, cum ſuis timens viſus eſt in inſulam confugiſſe, mortuus de iiſdem apparuit triumphaſſe, dum cælitus miſſis aquis illi reiecti ſunt; cũ quot pluuiæ guttis, tot veluti characteribus fuit eius ſanctitas prædicata: vt non lugubre funus illud Deus eſſe voluerit, ſed paratum illi è cœlo triumphum, quo pariter quam accepiſſet eius anima à Deo in cœlo coronam, omnibus perſpicue innoteſceret. Sic igitur quem confeſſorem ſub Gothis nouit Eccleſia, & ſub Longobardis poſt obitum tanto miraculo diuinitus illuſtratum accepit, eumdem inter Sanctos eadem die, qua ex hac vita migrauit, allegit, atque legit ex more in eccleſia anniuerſaria b obitus die ipſius populo Chriſtiano confeſſionem.

S. CERBONII TRIVMPHVS.

b Mart. Ro. die 10. Octob.

XI.

Cæterum ſicut & fugientes Dominus non deſeruit, & defunctis honorificam parari voluit ſepulturam, ita & iis qui remanſerunt præſto fuit, & manus conſerentibus aſtitit, vt vnus fugaret mille, & duodecim millia, non armis, ſed fide, qua ſancti vicerunt regna, fortes facti ſunt in bello, & caſtra verterunt exterorum. Nam accipe primum, quæ in prouincia Samnii accidiſſe iiſdem temporibus idem S. Gregorius his verbis enarrat c: *Nuper in prouincia Samnij quidam venerabilis vir, Menas nomine, ſolitariam vitam ducebat: qui noſtrorum multis cognitus, ante hos fere eſt decennium defunctus. De cuius operis narratione vnum audio rem non refero, quia pene tot mihi in eius vita teſtes ſunt, quot Samnij prouinciam nouerunt. Hic itaque nihil ad vſum ſuum aliud, niſi pauca apium vaſcula poſſidebat. Huius cum Longobardus quidam in iiſdem partibus rapinam voluiſſet ingerere, prius ab eo viro verbo correptus eſt, & mox per malignum ſpiritum ante eius veſtigia vexatus. Qua ex re factum eſt, vt ſicut apud omnes incolas, ita etiam apud eamdem barbaram gentem eius celebre nomen haberetur, nulluſque vltra præſumeret eius cellulam, niſi humilis intrare.* hactenus de Mena Gregorius.

c Greg. dial. l. 3. c. 26. DE MENA SOLITARIO.

XII.

Sed coronis coronas iungens, huiuſcemodi addit glorioſum ex religione triumphum, cum videlicet non aduerſus Longobardos tantum pugnatum eſt, ſed & contra Arianam perfidiam, qua armatos ipſorum Epiſcopus in caſtra Dei tentauit violentus irrumpere: ait enim d: *Vnum narro, quod per Bonifacium monaſterij mei monachum, qui vſque ante quadriennium cum Longobardis fuit, adhuc ante triduum agnoui. Cum ad Spoletanam vrbem Longobardorum Epiſcopus, ſcilicet Arianus, veniſſet, & locum illic, vbi ſolemnia ſua ageret, non haberet, cœpit ab eius ciuitatis Epiſcopo eccleſiam petere, quam ſuo errori dedicaret. Quod dum valde Epiſcopus negaret, idem qui venerat Arianus, beati Pauli Apoſtoli eccleſiam illic comminus ſitam ſe die altero violenter intraturum eſſe profeſſus eſt. Quod eiuſdem eccleſiæ cuſtos audiens, feſtinus cucurrit: eccleſiam clauſit, feris muniuit: facto autem veſpere, lampades omnes extinxit, ſeque in interioribus abſcondit. In ipſo autem ſubſequentis lucis crepuſculo Arianus Epiſcopus collecta multitudine aduenit, clauſas eccleſiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cunctæ ſimul portæ diuinitus concuſſæ, abiectis longius feris, apertæ ſunt, atque cum magno ſonitu omnia eccleſiæ clauſtra patuerunt. Effuſo deſuper lumine omnes, quæ extinctæ fuerant lampades accenſæ ſunt. Arianus vero Epiſcopus qui vim facturus aduenerat, ſubita cæcitate percuſſus eſt, atq; alienis manibus ad ſuum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione poſiti omnes agnoſcerent, nequaquam vlterius præſumpſerunt Catholica loca: ibidẽ ſcilicet poſita, temerare. Miro enim modo res geſta eſt, vt quia eiuſdem Ariani cauſa lampades in eccleſia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodemq; tempore & ipſe lumen perderet, & in eccleſia lumen rediret.* hæc Gregorius. Sed quod arma fidelium non ſint carnalia, ſed Deo potentia, & non ira, ſed charitate aduerſus hoſtes conſueuerint dimicare: his adiungam, quæ de Chriſti milite Sanctulo Nurſinæ Eccleſiæ presbytero idem auctor tũc accidiſſe ſcribit his verbis e:

d Greg. dial. l. 3. c. 29.

ARIANI EPISCOPI AVDACIA DAT PŒNAS INFLICTA.

e Greg. dial. l. 3. c. 37.

Hic

XIV. *Hic (inquit) quodam tempore, cum in prælio Longobardi oliuam premerent, vt oleum liquari debuiſſet: ſicut incendius erat & vultu & animo, vt vtrem vacuum ad prælum detulit, laborantesque Longobardos læto vultu ſalutauit, vtrem protulit, & iubendo potius, quam petendo, eum impleri ſibi dixit. Sed Gentiles viri, quia totum diem fruſtra laborauerant, atque ab oliua exigere oleum torquendo non poterant, verba illius moleſte ſuſceperunt, eumque iniuriis afflixerunt. Quibus vir Dei lætiori adhuc vultu reſpondit, dicens: Si præcepitis, vt iſtum vtrem Sanctulo impleatis, ſic oleum vobis inuenietis. Cumque illi ex oliua oleū defluere non cernerent, & vtrum Dei ad implendum vtrem ſibi inſiſtere viderent, vehementer accenſi maioribus hunc verborum contumeliis deteſtari cœperunt. Vir autem Dei videns, quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam ſibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum ſuis manibus iactauit: ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei erupit, vt Longobardi, qui diu incaſſum laborauerant, non ſolum ſua vaſcula omnia, ſed vtrem quoque, quem vir Dei detulerat, implerent, gratias agerent, quia is, qui oleum petere venerat, benedicendo dederat, quod poſtulabat.*

XV. Sed de eo ſubdit maiora idem S. Gregorius, referens inſigne miraculū ab ipſo Sanctulo eodem tempore editum, cum eccleſiam S. Laurentii à Longobardis incenſam celeriter reſtaurare conaretur. ait enim: *Alio quoque tempore vehementior vbique fames incubuerat* (illa videlicet, de qua ex Anaſtaſio hoc anno mentionem fecimus) *& beati Laurentii martyris eccleſia fuerat à Longobardis incenſa, quam vir Dei reſtaurare cupiens, artifices multos ac plures ſubminiſtrātes operarios adhibuit, quibus neceſſe erat, vt quotidianos ſumptus laborantibus ſine dilatione præberet. Sed exigente eiuſdē famis neceſſitate, panis deeſſe cœperunt, & laborantes inſtanter victū quærere, quia vires ad laborē per inopiam non haberent. Quod vir Dei audiens, eos verbis conſolabatur, foris promittēdo quod deerat: ſed ipſe grauiter anxiabatur intus, exhibere cibū nō valēs, quē promittebat.*

XVI. *Cum vero hac illacque anxius pergeret, deuenit ad clibanum, in quo vicinæ mulieres pridie panes coxerant: ibique incuruatus aſpexit, ſi forte panis à coquentibus remanſiſſet. Tunc repente panē miræ magnitudinis atque inſoliti candoris inuenit: quem quidem tulit, ſed dare artificibus noluit, ne fortaſſe alienus eſſet, & aliquam ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit, eumque omnibus oſtendit, at ne cui earum remanſiſſet inquiſiuit. Omnes autem, quæ pridie panem coxerant, ſuum remanſiſſe negauerunt, atque panes ſuos numero integros retuliſſe profeſſæ ſunt. Tunc lætus vir Domini perrexit ad multos artifices cum vno pane, & vt omnipotenti Deo gratias agerent, admonuit; & quia eis annonā præbuerat, indicauit. Eiſque ad refectionem protinus miſſum, inuentum panem appoſuit. Quibus ſufficienter plenique ſatiatis, plura ex eo quam ipſe panis erat, fragmenta collegit, quæ die quoque altero eis ad refectionem intulit. Sed id, quod in fragmentis ſupererat, ipſa quoque, quæ appoſita fuerant fragmēta ſuperauit. Factumque, vt per dies decem omnes illi artifices & operarii ex illo pane ſatiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo quotidie quod alii poſſet in craſtinum ſupereſſet. & ſic fragmenta panis illius per eſum creſcerent, & cibum comedentium [illegible] reparabant.* Hucuſque de his Gregorius: ſed nondum de Sanctulo, eiuſque cum Longobardis inito certamine finis. Audi etenim, quæ idem ſanctus Gregorius de eodem mox addidit, cum plene de Longobardis aduerſantibus victoriam tulit, ſpoliaque retulit, & perſpicuo in Eccleſia per maxima trophæa Chriſti gloriam prædicantia ſtatuit, ait ergo Gregorius a:

a Greg. dial. l. 3. c. 37.

Eo quodam captus à Longobardis quidam diaconus tenebatur ligatus, eumque ipſi, qui tenuerant, interficere cogitabant. Adueſpeſcente autem die, vir Dei Sanctulus ab iiſdem Longobardis petiit, vt relaxari eique vitam concedi debuiſſet. Quod poſſe ſe facere, omnino negauerunt, cumque mortem illius deliberaſſe eos cerneret, petiit vt ſibi ad cuſtodiam dari debuiſſet. Cui protinus reſponderunt: Tibi quidem eum ad cuſtodiendū damus, ſed ea conditione interpoſita, vt ſi iſte fugerit, pro eo ipſe moriaris. Quod vir Domini libenter accipiens, prædictū diaconum in ſuā ſuſcepit fidē: quem nocte media, cum Longobardos omnes ſomno graui depreſſos aſpiceret, excitauit, & ait: Surge, & concitus fuge, liberet te omnipotens Deus. Sed idem diaconus promiſſionis eius non immemor reſpondit, dicens: Fugere, pater, non poſſum: quia ſi fugero, pro me ſine dubio ipſe morieris. Quem vir Domini Sanctulus ad fugiendum compulit, dicens: Surge, & vade: te omnipotens Deus eripiat: nam ego in manu eius ſum: tantum in me poſſunt facere, quantum ipſe permiſerit. Fugit itaque diaconus, & quaſi deceptus in medio fideiuſſor remanſit.

Facto igitur mane, Longobardi, qui diaconum ad cuſtodiendū dederant, venerunt: quem dederant, petierunt: ſed hunc venerandus presbyter fugiſſe reſpondit. Tunc illi inquiunt: Scis ipſe melius, quid conueniat. Seruus autem Domini conſtanter ait: Scio. Cui dixerunt: Bonus homo es: nolumus te per varios cruciatus mori: elige tibi mortē quā vis. Quibus vir Domini reſpondit, dicens: In manu Dei ſum: ea morte me occidite, qua occidi permiſerit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit, vt eū capite trūcare debuiſſent, quatenus ſine graui cruciatu vitā eius cōpendioſa morte terminarēt. cognito itaque, quod Sāctulus, qui inter eos pro ſanctitatis reuerētia magni honoris habebatur, occidēdus eſſet, omnes qui in eodē loco inuenti ſunt Longobardi, conuenerūt, ſicut ſunt nimiæ crudelitatis, læti ad ſpectaculū mortis. Circumſteterūt itaque acies. Vir autē Domini deductus in mediū eſt, atque ex omnibus viris fortibus electus eſt vnus, de quo dubium non eſſet, quin vno ictu caput eius abſcinderet. Venerandus igitur vir inter armatos, deductus, ad ſua arma ſtatim cucurrit: nam petiit, vt ſibi paululū orandi licentia daretur. Cui dum conceſſum fuiſſet, in terram ſe ſtrauit & orauit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulſauit, vt ſurgeret, dicens: Surge, & flexo genu extende ceruicem. Surrexit autem vir Domini, genuflexit, ceruicem extendit: ſed denſo collo eductam contra ſe ſpatham intuens, hoc vnum publice dixiſſe fertur: S. Ioannes, ſuſcipe illam. Tunc electus carnifex euaginatum gladium tenens niſu forti in altum brachium percuſſurus eleuauit: ſed deponere nullo modo potuit: nam repente diriguit, & erecto in cœlum gladio, brachiū inflexibile remanſit. XVII. SANCTVLVS IN DISCRIMEN ADDVCTVS LIBERATVR.

Tunc omnis Longobardorum turba, quæ ad illud ſpectaculum aderat, in laudis fauorem conuerſa, mirari cœpit, virumque Dei cum timore venerari: quia profecto claruerat, cuius ſanctitatis eſſet, qui carnificis brachium in aëre ligaſſet. Itaque poſtulatus vt ſurgeret, ſurrexit: poſtulatus vt brachium ſui carnificis ſanaret, negauit dicens: Ego pro eo nullo modo orabo, niſi mihi ante iuramentum dederit, quia cum iſta manu Chriſtianum hominem non occidat. Sed Longobardus idem, qui (vt ita dicam) brachium contra Deum tendendo perdiderat, pœna ſua exigente, cōpulſus eſt iurare, ſe Chriſtianum hominem numquam occidere. Tunc vir Dei præcepit, dicens: Depone manum deorſum. Qui ſtatim depoſuit. Atque illico adiunxit, Remitte gladiū in vaginā, & ſtatim remiſit. XVIII. LONGOBARDI SANCTVLVM VENERATI.

Omnes ergo tantæ virtutis hominem cognoſcentes, boues & iumēta, quæ deprædati fuerant, certatim ei offerre in munere volebant: ſed vir Domini tale munus ſuſcipere recuſauit, munus autē bonæ mercedis requiſiuit, dicens: Si mihi aliquid vultis concedere: omnes captiuos, quos habetis, mihi tribuite, vt habeam, vnde pro vobis debeam orare. Factumque eſt, vt omnes captiui cum eo dimiſſi ſint. atque, ſuperna gratia diſponente, cum ſe vnus pro vno morti obtulit, multos à morte liberauit. hucuſque Gregorius de Sanctuli inito cum Longobardis certamine, in quo charitati iuncta fides extinxit odium, atque perfidiam ſuperauit. Si quando vero eos permiſit Deus in Dei ſeruos ſic ſæuire, vt eoſdem abſque obice neci traderent; & in hoc declarata eſt diuina potentia, cum iidem occiſi licet, tamen vt victores triumphale carmen concinere auditi ſunt. Nam accipe, quæ inſuper in prouincia Valeria accidiſſe in hunc modum idem auctor enarrat b: XIX. SANCTVLVS CAPTIVOS LIBERAT.

b Greg. dial. l. 4. c. 21.

XX. MONACHI SVSPENSI PSALLVNT.

Vita namque venerabilis Valentius, qui poſt in hac Romana vrbe mihi (ſicut noſti) meoque monaſterio præfuit, prius in Valeria prouincia ſuum monaſterium rexit. In quo dum Longobardi ſæuientes veniſſent (ſicut eius narratione didici) duos eius monachos in ramis vnius arboris ſuſpenderunt, qui ſuſpenſi eodem die defuncti ſunt. Facto autē veſpere, virorumque eorum ſpiritus clara illic apertiſque vocibus pſallere cœperunt: ita vt ipſi quoque, qui eos occiderant, nimium mirati tenerentur, quas videlicet voces captiui quoque omnes, qui illic aderant, audierunt, atque eorum pſalmodiæ poſtmodum teſtes extiterunt. Sed has voces ſpirituum omnipotens Deus idcirco pertingere voluit ad aures corporis, vt viuentes quique in carne diſcerent, quia ſi Deo ſeruire ſtudeant, poſt carnis mortem verius viuant, hæc ipſe: ſed & aliis quoque ſignis Deus reddidit manifeſtum in cœlo viuere, quos tunc barbaricus gladius in terra necaſſet: nam audi eumdem Gregorium iſta narrantem c.

c Ibid. c. 22.

XXI. DE SORANI ABBATIS NECE.

Quibuſdam religioſis quoque viris atteſtantibus, adhuc in monaſterio poſitus agnoui, quod hoc Longobardorum tempore iuxta in hac prouincia, quæ Sura nominatur, quidam monaſterij pater venerabilis Soranus nomine fuerit, qui captiuis aduenientibus, atque à Longobardorum deprædatione fugientibus, cuncta, quæ in monaſterio videbatur habere, largitus eſt. Cumque in eleemoſynis veſtimenta ſua ac fratrum omnia & cellarium conſumpſiſſet, quicquid habere in horto potuit, expendit. Expenſis vero rebus omnibus, Longobardi ad eum ſubito venerunt: cumque tenuerunt, & aurum ab eo petere cœperunt. Quibus cum ille diceret, ſe omnino nihil habere, in vicino monte ab eis ductus eſt, in qua ſilua immenſa magnitudinis ſtabat. Ibi captiuus quidam fugiens, in caua arbore latebat: vbi vnus ex Longobardis, educto gladio, prædictum venerabilem occidit virum: cuius corpore in terram cadente, mons protinus & ſilua concuſſa eſt, ac ſi ſe ferre non poſſe pondus ſanctitatis eius diceret terra, quæ tremuiſſet. Sic igitur ſanctum virum martyrio coronatum, anniuerſaria recurrente die, quolibet anno Eccleſia celebrare conſueuit. Sed attende quid de alio itidem martyrio vita perfuncto Gregorius ſubdat *a*:

a Ibid. c. 13.

XXII. VLTIO SVBSECVTA EST DIACONI OCCISOREM.

Alius quoque in Marſorum prouincia vitæ valde venerabilis diaconus fuit: quem inuentum Longobardi tenuerunt, quorum vnus educto gladio caput eius amputauit. Sed cum corpus eius in terram caderet: ipſe, qui hunc capite truncauerat, immundo ſpiritu correptus, ad pedes eius corruit, & quod amicum Dei occiderit, inimico Dei traditus oſtendit. hæc ſanctus Gregorius. Quod igitur alios ereptos, alios vero ab eiſdem barbaris necatos audis: in vtriſque admirandam Dei prouidentiam contemplari licet, cum vt alii coronam conſequerentur, & vt alii in aliorum leuamen ſolatiumque remanerent, efficit; ne ſi magiſtri omnino deficerent, exolesceret diſciplina. Quomodo autem reliqui ſanctiſſimi monachi mirifici illius Equitii alumni à Deo illæſi à furore barbarico conſeruati ſint, eundem audi Gregorium, cum ita ſcribit *b*:

b Greg. dialog. l. 1. c. 4.

XXIII. A EQVITIVS SVOS LIBERAT.

Eandem Valeriæ prouinciam Longobardis intrantibus, ex monaſterio reuerendiſſimi viri Equitii in prædicto oratorio ad ſepulchrum eius monachi confugerunt. Cumque Longobardi ſæuientes oratorium intraſſent, cœperunt eoſdem monachos foras trahere, vt eos aut per tormenta diſcuterent, aut gladiis necarent. Quorum vnus ingemuit, atque acri dolore commotus clamauit: Heu, heu, heu, ſancte Equiti, placet tibi quod trahimur, & nos non defendis? Ad cuius vocem protinus ſæuientes Longobardos immundus ſpiritus inuaſit: qui corruentes in terram tamdiu vexati ſunt, quouſque cuncti, qui foras erant Longobardi cognoſcerent, quatenus locum ſacrum temerare vlterius non auderent. Sicque vir ſanctus dum diſcipulos defendit, etiam multis poſtea remedium illuc fugientibus præſtitit. Idemque de Caſſinati monaſterio S. Benedicti illa inferius *c* tradit, in primis referens, quæ ab ipſo ſancto viro ante cognita atque prænunciata fuiſſent:

c Greg. dialog. l. 2. c. 17.

XXIV.

Vir quidam nobilis Theoprobus nomine eiuſdem Benedicti Patris fuerat admonitione conuerſus, qui pro vita ſua merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cum quadam die eius cellam fuiſſet ingreſſus, hunc amariſſime flentem reperit. Cumque diu ſubſiſteret, eiuſque non finiri lacrymas videret (nec tamen vir Dei conſueuerat orando plangere, ſed mœrendo) quænam cauſa tanti luctus exiſteret, inquiſiuit. Cui vir Dei illico reſpondit: Omne hoc monaſterium quod conſtruxi, & cuncta, quæ fratribus præparaui, omnipotentis Dei iudicio Gentibus tradita ſunt. Vix autem obtinere potui, vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cuius vocem tunc Theoprobus audiuit, nos autem cernimus, qui deſtructum modo à Longobardorum gente eius monaſterium ſcimus. Nocturno enim tempore, quieſcentibus fratribus, nuper illuc Longobardi ingreſſi ſunt, qui diripientes omnia, ne vnum quidem hominem tenere potuerunt. Sed impleuit omnipotens Deus, quod fideli famulo Benedicto promiſerat, vt ſi res Gentibus traderet, animas cuſtodiret, hæc Gregorius. Porro eoſdem monachos inde pulſos Romam commigraſſe, idē alibi tradit, Abbateſque numerat, qui ad ea vſque tempora eidem monaſterio præfuerunt *d*, traditumque his fuiſſe Lateranenſe cœnobiū incolendum affirmat. Hos etiam accipere cōſueuiſſe alimonias vna cum aliis monachis ab ipſa Apoſtolica ſede, idē Gregorius in epiſtola ad Conſtantinam Auguſtam edocet. At de Longobardorum ſub Benedicto Papa cœpta graſſatione per Duces in reliquas Italiæ partes ſatis. Plura ſunt alia, quæ certis annis, quibus geſta eſſe reperiuntur, opportunius inſeremus.

d Greg. dialog. l. 2. in prin.

e Greg. l. 4. epiſt. 34.

XXV.

Quod vero ad res hoc anno in Galliis geſtas pertinet, auctor eſt Sigebertus hoc anno altercatum eſſe inter Hiſpanos & Gallos de Paſchatis diei celebritate. ait enim: *Hiſpani & Franci de Paſcha celebrando diſſentiunt, Hiſpanis duodecimo Kalendas Aprilis, Francis vero decimoquarto Kalendas Maij Paſcha celebrantibus. Sed Francos recte celebraſſe, per hoc diuinitus claruit, quod fontes in Hiſpania, qui in Sabbato ſancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitus repleri ſolent, non in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſcha repleti ſunt.* hæc ipſe, ex quibus omnis de impoſtura interdum oborta ſuſpicio abolita eſt. Si enim humana arte ea de fontibus contigiſſent, vtique eadem ad Hiſpanorum ſententiam comprobandam accommodata fuiſſent.

XXVI. S. GALLVS OBIIT.

f Greg. Turon. hiſt. Fran. lib. 4. c. 5.

g Greg. Turon. in Vit. SS. Pat. c. 6.

Hic ipſe inſuper numeratur annus octauus à tempore inguinariæ peſtis, quo ſuum S. Gallus Aruernenſis Epiſcopus obitum deſignauit, & cladem populi ex renaſcēte eodem morbo prædixit, vt ſuo loco ex Gregorio *f* Turonenſi narratum eſt. Porro de eius felici ad Deū tranſitu idem auctor iſta alibi habet *g*: *Cum grauatus incommodo decuberet, ita febris interna omnia membra eius depilauit, vt capillos & barbam ſimul amitteret. Sciens autem reuelante Domino, poſt triduum migraturum, conuocat populum, & omnibus confracto pane, communionem ſancta ac pia voluntate largitur. Adueniente autem die tertia, quæ erat Dominica dies, quæ ciuibus Aruernis immanem contulit luctum, albeſcente iam cœlo interrogat, quid in Eccleſia pſallerent. Dixerunt, Benedictionem ſeſe pſallere,* nempe pſalmum, Benedic te omnia opera Domini Domino. *At ille, pſalmo quinquageſimo, & Benedictione decantata, & Alleluiatico cū capitello expleto, conſummauit officium totum temporis matutini. Quo iam extremo perfunctus officio, ait: Vale dicimus vobis, fratres. Et hæc dicens, extenſis manibus, ſpiritum cœlo intentus præmiſit ad Dominum: tranſiit autem ætatis ſuo anno ſexageſimo quinto, Epiſcopatus vero ſui ſeptimo & vigeſimo anno.* hucuſque Gregorius de obitu S. Galli: pergit vero dicere de funere atque miraculis: ſed ſatis ad inſtitutum:

XXVII.

h Fortun. lib. 4. carm.

At non prætereundum de eodem S. Gallo Venantii Fortunati *h* epitaphium, quod in gratiam Gregorii Turonenſis eius nepotis conſcripſit: ſic enim ſe habet:

Hoſtis iniqui, Adam paradiſo fraude repellit:
Ecce Deus famulis præſtat adire polos.
Inuide, ſic tua mors homini meliora parauit:
Tu expellis terris: hic dat & aſtra ſuis.
Teſtis & Antiſtes Gallus probat iſta beatus,
Nobilis in terris, diues eundo polos.

Sed quod ad eius pertinet antiquam nobilitatem, teſtatur Gregorius Turonenſis *i* in Vita ipſius genus ducere ab egregio martyre Vetio Epagatho, cuius mentio eſt in epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis apud Euſebium *k*, fuiſſeque tradit natum ex Georgio Senatoriæ ſtirpis viro & matre Leocadia. Pergit vero idem Fortunatus eius vitam ſummatim referre:

i Greg. Tur. SS. Pat. c. 6.

k Euſeb. l. 5. c. 1.

Qui Chriſti auxilio fultus, nec adultus in annis
Se maiora petens, odit amore lares:
Effugit amplexus patrios, matremque relinquit:
Qui monachum regeret, quæritur Abba parens.
Illic tyro rudis generoſo cœpit ab ano
Militia Domini belliger arma pati.
Quintiano demum ſancto erudiente magiſtro,
Pulchrior eſt auro corde probatus homo.

Fuit iſte Quintianus ſanctitate præclarus Epiſcopus Aruernenſis, qui eum ex monacho reddidit clericum, atque imbuit ſanctis moribus & Eccleſiaſticis literis; quibus optime excultus, cum innotuiſſet Theodorico Francorum Regi, ab eo accerſitus atque retentus eſt: vbi cum eſſet, apud Coloniam Agrippinam idolorum templum, quod frequentabatur à ruſticis, ſuccendiſſe tradit Gregorius. Pergit vero Fortunatus:

[illegible] translatus in aulam.

Theodatum [illegible], vicit amore pio.

[illegible] terras, petit aſtra magiſter.

Caula diſcipulis [illegible] gregis.

[illegible] ita rexit habenas

[illegible] eſſet amore pater,

Manſuetus, [illegible], bonus, aequus, amator, amandus.

[illegible] ſed locum hoc venia.

[illegible] verba:

Vnde furor poterat, inde triumphus erat. plura id genus [illegible] Gregorius refert exempla, de contumeliis ſcilicet [illegible] a ſuis presbyteris magna patientia tole[illegible]. Sed audi reliqua:

[illegible] vbere nutrix

Dulcia [illegible] cum ſale mella dabat.

[illegible] dona futuri,

[illegible] nihil poſſe perire gregis. hoc idcirco Chriſtia[illegible] poeta, quod ingruente inguinaria lue, à diuino ora[illegible] reſponſum (vt idem tradit Gregorius) ipſo [illegible] è ſuis ea peſte lædendum: quod & ſici[illegible] fuit, euenit. Quot autem annis eandem [illegible] gubernauit, his Fortunatus, quos ſubdit, ver[illegible] docet:

[illegible] regit in quinquennia quinque,

[illegible] luſtra ſuperſtes agens.

[illegible] ad cæleſtia vultum

[illegible] regi, ſed tenet vlna Dei.

[illegible] Fortunati de S. Gallo epitaphium. Claruiſſe [illegible] corpus eius terræ mandatum pluribus miraculis, [illegible] tradit, qui tamen in numerando ſedis ipſius [illegible] duobus annis à Fortunato diſcrepat: ſiquidem [illegible] Eccleſiæ Aruernenſi præfuiſſe Epiſcopum ait annos [illegible]. Remanſit poſteris eius memoria in vni[illegible] Eccleſia celebris: etenim ſacris inter Sanctos ipſe [illegible] tabulis, die qua obiit, Kalendis Iulii anniuerſa[illegible] memoria vbique recolitur.

[illegible] eſt, extitit ſuis mediator apud Deum, [illegible] Moyſes, qui ſtetit in confractione in conſpe[illegible] eius, vt auerteret indignationem eius, ne diſperderet [illegible]. Vbi vero mortuus eſt, ſublato de medio tanto obi[illegible] à vinea macerie depulſa, de qua ſcriptum [illegible] *maceriem eius, & erit in direptionem* mox lues [illegible], quæ ante annos octo Italos & Gallos af[illegible]. Aruernos autem, Sancto intercedente non læſe[illegible] populum inuaſit, magnaque clade affecit, vt Gre[illegible] teſtatur, cum de diuina virtute, quam tunc [illegible] experrus per ſancti Iuliani martyris [illegible] reliquias, ita alibi narrat:

[illegible] inſignia ſuſcipiendorum miraculorum po[illegible], quod inſipientes corrigat, & roboret ſapientes. Igi[illegible] tempore, quo ingruentib. peccatis populi Ar[illegible] quam inguinariam vocant, deuaſta[illegible] experti. ſcilicet vt qui meritis tuta [illegible] martyris Iuliani tutaret præſidio. In quo dum [illegible] ex noſtris ab hoc morbo corripitur: re[illegible] capite, grauiter ægrotare cœpit. Erat autem [illegible] pituita, ita vt ſi quid acciperet, conſe[illegible] confortatio: ſed magis exitiū puta[illegible]. Denique cum viderent eum in extrema vexari, hario[illegible]. Ille vero venire non differens, acceſſit ad [illegible] exercere conatur, incantationes immur[illegible] ligaturas collo ſuſpendit, promittit viuere, [illegible] mortis. Hæc autem me inſcio [illegible]. [illegible] fuiſſent, amariſſimus reddor, & cum graui [illegible] commemoro, quod Dominus per Eliam Prophetam [illegible], dicens: Quia dereliquiſti Dominum [illegible], & conſuluiſti Deum Accaron, ideo de lectulo, in quo [illegible] non conſurges, ſed morte morieris. Nam iſte poſt adven[illegible] febre [illegible] ſpiritum exhalauit. Cuius [illegible] interpoſitis paucis diebus, puer alius ſimili laborare [illegible]: accedite ad martyris tumu[illegible] ad ægrotū deportate. & videbitis magna[illegible], quid ſit inter iuſtum & iniuſtum, & in-

ter timentem Deum & non ſeruientem illi. Accedentes autem parumper pulueris circa ſepulchrum iacentis ſuſtulerunt. De quo vt hauſit infirmus cum aqua, protinus aſſecutus eſt medicinam, recuperatiſque viribus ac reſtincta febre conualuit. Intelligite ergo nunc, ô omnes, qui inſipientes eſtis in populo, & poſtquam ita diſcuſſeritis, ſcitote quia nihil ſunt, quæ ad ſeducendum humanū genus diabolus operatur. Ideo moneo, vt ſi quis vexillo Crucis ſignatus, ſi quis baptiſmi abſolutione mundatus, ſi quis vetuſtate depoſita in nouo nunc homine viget, talia poſtponat ac negligat: quærat autem patrocinia martyrum, per quos ſanitatum miracula celebrantur: poſtulet adiutoria confeſſorum, qui merito amici ſunt Domini nuncupati, & quæ voluerit, obtinebit, hucuſque Gregorius, eamdem ſpirans in ſacratum reliquiarum cultu pietatem, qua omnes non Galliarum tantum, ſed totius Catholici orbis ſanctiſſimi Epiſcopi præditi ſemper fuerunt. PVLVERE SEPVLCHRIS MARTYRIS CVRATI INFIRMI.

XXX. ARVERNENSIS ECCLES. SCHISMATE LABORAT.

Quod vero Aruernenſes populi poſt obitum ſancti Galli ea meruerunt affligi clade, & alia ipſorum peccata, quorum Gregorius meminit, illud acceſſit, vt poſt obitum eius diuiſa ſchiſmate eccleſia illa fuerit, ſtudentibus aliis Catoni presbytero, Archidiacono vero Cautino aliis, cum iſte dolo agens, clam profectus ad Regem, ab eodem dari ſibi petiit Epiſcopatum, quæ quidem omnia luctu digna idem Gregorius ſuo proſecutus eſt ſtylo f: At vero iſta de S. Galli obitus tempore in priori editione ex chronologia ab inguinaria peſte vti certa deprompta iam denuo ad incudem reuocata, non poſſe ſubſiſtere, ſunt inuenta, quæ magis ad anteriora tempora ſint reducenda, cum alias idem morbus peruaſit Gallias. Quod autem ad hæc tempora Gallus non potuerit perueniſſe, in euidens deducitur argumentum. Cum enim ipſum annos tantum viginti ſeptem dicat ſediſſe Epiſcopum Aruernenſem, idemque reperiatur interfuiſſe Concilio Aurelianenſi ſecundo anno Chriſti 536. & Aruernenſi anno 541. quomodo potuit ad hæc tempora perueniſſe? Accedit ad hæc, quod cum Galli Epiſcopi ſucceſſorem Cautinum idem Gregorius eius nepos rerum ab ipſo geſtarum teſtis fidelis referat ad tempus Theodebaldi Regis, quem conſtat regnare cœpiſſe anno Chriſti 552. licet poſitum ſit anno 555. tenuiſſeque tantum annos ſeptem: vtique prohibetur omnino ad hunc annum peruenire potuiſſe. Hæc de tempore eius obitus dicta ſunto--- *reliquos tres verſus vſque ad finem anni deleas.*

f Greg. hiſt. Franc. lib. 4. c. 5. 6. 7. DE TEMPORE OBITVS S. GALLI.

IESV CHRISTI
Annus 574.

Benedicti Pap. Annus 2. — Iustini Iun. Imp. Annus 9.

I. IAm quingenteſimus ſeptuageſimus quartus Chriſti annus adeſt ſeptimæ Indictionis, idemque nonus numeratus Iuſtini Imperatoris: qui quidem extitit Orientali Imperio funeſtiſſimus, Abaris vna ex parte, Perſis ex altera Romanum Imperium deuaſtantibus.

AVARES RVRSVM INVADVNT ROM. IMPERIVM.

Anno enim hoc nono Iuſtini (inquit Cedrenus) *Abari ſiue Auares ad Danubium venerunt, ac vicerunt Romanos.* de his hæc pauca ipſe; Euagrius vero pluribus, dum agit de Tiberio, qui aſcitus poſtea fuit collega in Imperium à Iuſtino: *Hunc* (inquit) *Iuſtinus, ingenti collecto exercitu, ad congrediendum cum Abaris iam pridem miſerat. Qui quidem, militibus aſpectum barbarorum haud ferentibus, parum aberat, quin captus fuiſſet, niſi diuina prouidentia eum præter omnium opinionem ſeruaſſet, & in fines Imperij Romani reduxiſſet incolumem: quippe temeritatis Iuſtini inſtitutis obſecutus, ipſe cum tota Romana Republica in periculum venit penitus pereundi, & amplum Imperij Romani decus barbaris concedendi ad occupandum.* hæc ipſe. His autem hæc præterea hoc item anno addita mala à Perſis, idem Euagrius affirmat his verbis: *Et Artabanus Perſa in Romanorum ditionem facta incurſione, multos captiuos adduxit, captoque etiam Daras caſtro,*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN